

Lustrando cecini uoluerunt fata quousq; . Sed quia
 pars nostri melioribus edita castris Auctorem q; sui
 petuit felicior astris . hic claudor dantes patris extor
 nis ab oris . Quem genuit parua florentia mater amoris .

FINIS.

*Francisci petrarce illustris poete uita secundum
 Iannozzum manettum incipit feliciter. ~ ~*

Franciscus petrarchi cuiusdam scribe filius cogno
 mento petrarcha a petracho pre . r . littera siue
 euphoniae siue potius ut quibusdam placet ampli
 ficandi nominis sui causa interposita trecentesimo quarto
 supra millesimum xpiane salutis anno illucescente uig
 gesime diei quintulis mensis aurora aretii natus est in
 uico quodam qui uulgo orti uicus dicitur . hac forte
 die eadem fere natiuitatis sue hora exales florentium
 populi qui iam pridem patria extorres se aretium bo
 noniam q; contulerant contractis undiq; auxiliis ad por
 tas patrie siqua fors fuisset ulciscendi gratia certatum
 contenderunt . hec enim omnia ipse in epistola quadam
 ad iohannem boccacium eius temporis egregium poeta
 manifeste testatur . Vetusita eius origo supra parenzu
 quendam auum suum ab ancisa propinquo florentinoz
 opido repetita traducitur . petrachus igitur pater quaq;
 ancise oritur florentie tamen habitauit . ubi pre in
 genu excellentia ac singulari lingue elegantia ad ma